Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permansis-
tis mecum in temptationibus meis. Et ego dispo-
no vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum.
ut edatis et bibatis super mensam meam in regno
meo. et sedeatis super thronos iudicantes duo-
decim tribus israel. Ait autem dominus symoni. Symon
symon. ecce satanas expetiuit vos ut cri-
baret sicut triticum. ego autem rogauit pro te ut
non deficiat fides tua. et tu aliquando con-
uersus confirma fratres tuos. Cum dixit ei. Domine
tecum paratus sum et in carcerem et in mortem
ire. Et ille dixit. Dico tibi petre. non cantabit
hodie gallus donec ter abnegetis nosse me.
Et dixit eis. Quando misi uos sine sacculo et
pera et calciamentis. numquid aliquid defuit
uobis. At illi dixerunt. Nichil. Dixit ergo eis.
Sed nunc qui habet sacculum. tollat similiter et
peram. et qui non habet uendat tunicam suam et
emat gladium. Dico enim uobis. quoniam adhuc hoc
quod scriptum est oportet impleri in me. et cum
iniquis deputatus est. Et enim ea quae sunt de me. fi-